

Károlyi Josephus.

karolyijosephus1708

Theologiam cum cursu morali in seminario s. Stephani absolvit et 4. Nov. 1708. ordinatus, 10. Mart. 1709. investitus parochus in Tardoskedd. Ibidem 30. Sept. 1713. Paulus Zichi peregit visitationem, qui de parocho sic: „Annor. 29. Paucis libris provisus. Tempore pestis fideliter servivit.“ 2. Maji 1719. investitus in Nagy-Megyer. 30. Jul. 1730. aliquam complicatam causam habuit cum cive quodam Nitriensi. Eodem a. resignavit parochiam. Subin in semin. s. Emerici deficientum dedit, ubi † 29. Jul. 1740.